



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Quomodo uerbum Dei est custodiendum? Sigillum sextum Caput XLII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

Verbum Dei utiliter est prædicandum. Caput XL.

Quintò, ut iliter, videlicet, de regno Dei: & quæ sunt sa A
lutis. Sic Christus fecit, qui post resurrectionem per
dies quadraginta in quibus electis suis in multis argumen Act. I.
tis apparuit, eis de regno Dei multiplici loquebatur. Sic & Luc. 9.
vni dixit: Tu vade & annuncia regnum Dei. Hinc Petrus
ad eum dixit: Domine, verba vita æternæ habes. Et apo- Ioan. 6.
stolus verbum Dei habitet in vobis abundantius. Hoc fe- Col. 3.
cit vir secundū cor Dei: Loquebar, inquit, de testimonij Psal. 118.
tuis in conspectu regum, & non confundebar. Sic Deus nos
docet utilia. Sic amabilis domino Salomon quæsiuit ver- Esai. 48.
ba utilia, & cōscripsit sermones rectissimos, ac veritate ple Ecclēs. 12.
nos. Sic sermo eius semper in gratia sale conditus, qui gra Col. 4.
tiam & ædificationē fidēi præstet auditoribus. Hæc nāq; 1. Tim. 4
faciendo, & seipsum saluum facit, & eos qui eum audiunt.

Verbum Dei prædicandum est generaliter.

Caput XLI.

Sexto, prædicare debet generaliter. Non diuitibus so- A
lummodo, aut doctis, aut in uno loco tantummodo. Sed Rom. 10.
in omnem terram exeat sonus eius, & in fines terræ. Sic an- Psal. 18.
gelus ille, qui euangelium æternum habuit, per medium
celum volauit, & euangelizauit sedentibus super terram: Apoc. 14.
& omnibus gentibus, tribubus, linguis & populis. Sic Apo Rom. 16.
stoli profecti, in mūdum vniuersum, prædicauerunt ubiq; Acto. 1.
& fuerunt testes Christi in Hierusalem, & in omni Iudæa
& Samaria, & vsq; ad ultimum terræ. Sic apostolus Græcis Rom. 1.
& barbaris: sapiētibus & insipiētibus debitor fuit: Et ideo Rom. 15.
à Hierusalem per circuitum vsq; ad illyricum gentes euā- Esai. 32.
geliō repleuit. Seminavit semen benedictum verbum Dei Apo. 17.
super omnes aquas. Aquæ verò multæ populi multi sunt.

Quomodo uerbum Dei est custodiendum? Sigillum sextum. Caput XLII.

Aa Beati sextum.

A Etati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.
B Audire verbum Dei, multorum est, custodire, non
 ita. Custodiendum est verbum Dei, in corde bono & opū
 mo: ut fructum adferat in patientia. Corde bono & opū
 mo illud retinent, qui illud per intellectum, rectè intelligunt,
 per bonam voluntatem diligunt, recogitant, ruminant,
 scrutantur, conferunt, non obliuiscuntur in memo-
 ria: fructum eius faciunt, dignè Deo & euangelio conuer-
 sando sicut filios altissimi, fratres Christi, ac viua templa
 spiritus sancti oportet, Imò, sicut decet ciues sanctorum
 & domesticos Dei, genus electū, regale sacerdotium, gen-
 tem sanctam, populum acquisitionis, & filios lucis.

Verbum Dei custodiri debet in intellectu.

Caput XLIII.

A N intellectu illud est custodiendum exéplo eius qui di-
 xit. Ego auté in toto corde meo scrutabar mādata tua.
Psal. 118. Nō vt curiosus maiestatis scrutator, opprimendus à gloria
Pro. 25. sed vt humilis & docilis veræ sapientiæ discipulus, scire &
Psal. 118. facere desyderás, quæ beneplacita sunt corā Deo. Ideo hu-
Ioan. 5. militer oro. Reuela oculos meos, & consyderabo mirabi-
Psal. 118. lia de lege tua. Ad hoc vindicator noster nos adhortāsait:
Act. 17. Scrutamini scripturas. Quia beati q̄ scrutātur testimonia
Pro. 8. eius: & in toto corde exqrunt eū. Sic Iudæi, quotidie scri-
Sap. 6. pturas scrutabantur si hæc ita se haberēt, indagādo. Ad id
 studij exercitiū cetera sapientia nos adhortans ait: Beatus
 homo qui audit me: & q̄ per studij exercitiū ad fores mes-
 vigilat quotidie. Fores istæ, sacri sunt libri & sanctorū do-
 CTORŪ lucubratiōes: Qui de luce vigilauerit ad illā, in lege
 dñi meditādo die ac nocte, & librū petēdo cū lumine: an-
 te diē, & intēderit animū studijs, vt Flaccus ait: nō labora-
 bit, suo fraudādus desyderio, assidentē em̄ illā foribus suis
 inueniet. Quia mox cū libros pio corde aperit, lector hu-
 milis, statim sapiētia illi occurrit quasi mater honorificata
 & illi